



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Stephanus Episc. 7. Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

affigit miserisque modis discruciat. Sed obfuit
provocasse ELEVTHERIUM. Neque enim hic prius
cum suis pugnare precibus desit, quam penitus
statione non suâ orcum pepulisset. Nunc similes
pugnas cur non spectamus? ánne quos dæmon
timeat, ELEVTHERII, an quos agit, pueri de-
sunt? Ex Gratio.

*Quoties honor nobis nolentibus ingeritur, necessa-
rium est ut in pavimento cordis sub districto discipline
pede calcetur, & velut venenatus serpens in ipso sugge-
stionis capite iictum sentiat, ne in extremo bona opera-
ni calcaneum movere præsumat. S.Petr.Damian.*

S. STEPHANUS EPISC. 7. Septembri.

A Spera & inculta terrarum habitare D.Bruno-
nem ajunt. Viridaria rectius dicerent, quæ
tam nobiles nobis flosculos submittunt. Atque
hem tibi ex his STEPHANVM Lugduni Galliarum
nobili familiâ satum! Hic vitæ reliquæ in ipsis
cunis bullaque præludens, quem diem patienti
Christo dicamus, materni lactis abstinentiâ san-
ctum habuit. Amorem suum Christum sub pane
latentem quoties contemplatus fuit, putasses æstu
absumendū, nisi lacrimis, quibus diffuebat, hunc
temperasset; dixisses Crucifixo immortuum, nisi
vitam suspiria prodidissent; denique existimasses
cælo precabundum interesse, nisi hoc descendere
ad STEPHANVM vidisses, Angelo misso. Jam tem-
pestates fugatas, desperabundos cælo, ægros sani-
tati, mortuos vitæ redditos taceo. Unum idque
utile juventæ, quod Pontifex jam Diensis edidit,
facinus narrabo. Dixerat graviter in omnia vitia,
illud præsertim, quo festos Divorū dies aleis, cho-
reis & id genus ludicris vulgus amat profanare.

T 2

CUM

Cum aures nec quicquam diu pulsasset, dæmoni denique malo, qui ad eas nugas impellere animas adsolet, pro concione imperavit, positâ larvâ palam sese ostenderet. Enim verò paruit tam horribilis, ut jam magistri sui puderet in ludo discipulos, facileque cum illo etiam hunc clamarent. Sed, ô Superi, invenit hodie iterum discipulos pesimus Doctor. Juvat chartas minime doctâ pictas manu crepare. juvat aleam (vel salutis) jactare; juvat terrâ plaudere, & ne serò pereamus, ad orcum non jam imus; currimus, saltamus. Ex Surio.

Quod Sirenes fuisse singuntur, id verè sunt illecebra cupiditatibus, & blandimenta vitiorum: habent enim in specie lenocinium, in gustu venenum, quorum usus in criminis pretium in morte numeratur. S.Paulin.ep.35.

NATIV. B. M. V. 8.Septembris.

Potuit denique post longissimæ noctis tenbras solem hoc die tellus sperare, quando tot votis jam olim exoptatam nasci *Auroram* vidit, **MARIAM** inquam, quæ Joachimo atque Anna prognata lucem primò vidit dicam? an videndam orbi propinavit hodie. Certè festum agere hunc diem multis jam retrò seculis Christianus orbis instituit, idque cælo auctore. Nam ferum Anchoretum hâc ipsâ luce quotannis audire cælestes illos Amphiones solitasse, qui latissimis modulis omnem latè aërem exhilararent; sed & Paulum quendam annis permultis sub eam noctem, quæ diem *Virginis* natalem præit, vidisse sidus ingens cælo se demittere, & festivis ignibus ædem Lauranam exornare: utrumque porrò Angelis doctoribus didicisse, id ob *Cunarum virginearum* memoriam Superos factitare. Echo itaque solum est omnis

8.Sept.
omnis
suis co
hujus v
animu
tura! E
lestini
impere
ter su
dies VI
elle, au
in quib
cum sc
Duran.

Studi
nis ince
mente pe
figimur
muri. P

S. A

MA
stianos
equestri
dem pr
mentis
le ratus
andas
la ven
tus Na
dis cas
admisit
Quin ip
casus il